

DIE XXIII MARTII

SANCTI THURIBII DE MOGROVEJO

EPISC. ET CONF.

DUPLEX.

(*Omnia de communi Conf. Pont. præter sequent.*)

ORATIO

Ecclesiam tuam, Domine,
beati Thuringii Confessoris
tui atque Pontificis continua
protectione custodi : ut sicut
illum pastoralis sollicitudo
gloriosum reddidit ; ita nos
ejus intercessio in tuo sem-
per faciat amore ferventes.
Per Dominum nostrum.

Et fit commem. Feriæ.

In I. Nocturno Lect. Fi-
delis sermo. de Comm. I. loco.

In II. Nocturno.

LECTIO IV.

Thuribius Alphonsus, ex
nobili Mogroveja gente Ma-
jorgæ in regno Legionis na-
tus, liberalibus disciplinis et
juri canonico Vallisoleti pri-
mum, deinde Salmanticæ in
majori collegio Ovetensi san-
cti Salvatoris ita operam de-
dit, ut tamen potiorem tem-
poris partem orationi aliisque
piis et christianis exercitiis